



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Sectio 4. An poßit confessor de licentia pœnitentis corrigere complicem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

tandi in principio positam. Neque contra hanc do- A
ctinam inuenio aliquem grauem auctorem ex an-
tioribus: solus Soto videtur aliquando verbum
aliquod proferre, quo huic doctrinae minus sanere
videtur: sed de illius & de aliorum sententia clarius
constabit ex seq. sequent.

SECTIO III.

Vtrum liceat confessori vti notitia confessionis de
licentia penitentis ad corrigendum compli-
cem, vel impediendum eius delictum
in bonum aliorum.

¹ **H**AEC quaestio videtur satis definita in precede-
ti, tamen quia his temporibus specialiter con-
trouersa fuit, necessarium est aliquid de ea in specie
dicere. Aliquibus enim inordinata maxime res haec
visa est, & communi bono, ac sacramento contraria.
Primo, quia multum derogat sigillo vti notitia con-
fessionis ad effectus adeo extrinsecos, & alienos a fi-
ne confessionis. Repugnat etiam hoc religioni tanti
sacramenti: est enim illud veluti quoddam sacrum
arcanum, quod non tam facile debet ad quoslibet
alios vsus assumi. Neq; est cur penitente conceda-
mus tam amplam potestatem faciendi facultatem
confessori ad loquendum de rebus in confessione
auditis: quia hoc ei non licet pro suo arbitrio, vt su-
pra dictum est. Et quia vix potest esse vsus talis con-
fessionis sine scandalo: quia regulariter existima-
bunt complices, vel confessorum id facere sua au-
toritate sine alia licentia, vel certe extorsisse licen-
tiam decipiando, vel cogendo subditum peniten-
tem. Quod declarat secundo, quia notitia confes-
sionis non est accommodata ad finem, seu effectum
correctionis: quia correctio est quid pertinet ad
legem naturae, ad quam solam tenemur per media
eiusdem ordinis, quae ante institutam confessionem
locum habebat: confessio autem est res alterius or-
dinis, ordinata tamen ad bonum penitentis, non
vero ad correctionem complices, vel defensionem
aliorum.

² Præterea est alia in proportio, quia correctio fieri
debet ex notitia certa, alias non potest esse effi-
cax: sed notitia confessionis in ordine ad hunc fi-
nem non est certa: nam licet dictum penitentis pro
illo foro, & in ordine ad ipsum fidem faciat, non ta-
men contra alium: vadit facile potest complex il-
lud negare, & sacerdotem eludere, eiusque corre-
ctionem contemnere. Imo, si tunc sacerdos corri-
gens ipsum maiorem fidem daret penitenti contra
complicem, quam complice pro se ipso, iniuriam ei
faceret: quia, sicut penitenti credendum est pro se,
& contra se, ita & complice. Ex quo vterius fit, vt ex
tali modo correctionis facile sequi possint dissidia,
& scandala: ergo per se loquendo, hic modus cor-
rectionis, neque expedit, neque licet. Et confirma-
tur haec ratio: quia, si liceret hac via correctionem
inchoare, liceret etiam illam proficere usque ad de-
nunciationem, vel coactionem complices: si ad eius
emendationem necessaria esset. Consequens est
plane absurdum, vt per se constat. Sequela proba-
tur: quia notitia, quae sufficit ad inchoandam cor-
rectionem, sufficit ad proseguendam, alias impru-
denter inchoaretur correctio. Tandem confirma-
tur: quia alias superiores, & prelati possent vt con-
fessionibus subditorum suorum tanquam medio ad
suam gubernationem, & aliorum ad emendationem,
& correctionem, ex quibusdam confessionibus a-
liorum peccata cognoscendo, & facultatem ad peni-
tentibus extorquendo ad corripiendos, & emen-
dandos alios: consequens est valde absurdum & a-
liquam ab vsu Ecclesiae: nam esse facere confes-
sionem odiosam, & peruertere ordinem, & confunde-
re internum forum cum externa gubernatione, ac
deniq; esse occasionem præbere scandalis, & men-
daciis. Nam cum in hoc foro nulla postuletur pro-
batio, vnusquisque posset facile, & impune falsum
testimonium aliis imponere.

Propter hæc nonnulli Theologi, præsertim mo-
derna, simpliciter damnant, vt illicitum huiusmodi
vsus notitiae complices per confessionem obrente,
Pro qua sententia referri in primis possent illi Theo-
logi, qui in vniuersum negat posse confessorum lo-
qui de rebus auditis in confessione, etiam de licen-
tia penitentis. Et hoc modo videntur tenere hanc
sententiam. Maior in 4. d. 21. q. 2. Angelus verb. Con-
fessio, 1. §. 3. & Summa Rosella Confessio, 1. §. 6. qui se-
quuti sunt Richard, d. 21. ar. 5. q. 2. Hi enim dicunt,
in eo casu, in quo necessaria est manifestatio complices
ad eius correctionem, manifestandum esse extra
confessionem, quia manifestatio in confessione in-
utilis est ad correctionem: quod non esset verum: nisi
supponeretur non licere vti scientia confessionis,
etiam de licentia penitentis, aut perinde esse, dare li-
centiam, ac dicere extra confessionem. Præterea fa-
uēt Bonau. d. 21. p. ar. 1. q. 3. & Alenf. 4. p. q. 77. mēb.
2. ar. 4. Qui dicunt, tutius esse extra confessionem di-
cere. Palud. vero ead. d. 21. q. 3. ar. 2. conclus. 2. rigoro-
sius dicit, debere penitentem extra confessionem
nominare complicem, si velit vti industria confes-
soris ad prædictum finem. Soto denique d. 18. q. 2. ar.
5. ad 4. absolute ait, non debere confessorum, etiam
de licentia penitentis, & in commodum eius extra
confessionem tractare negotium cum reuelatione
complices, ne fiat odiosa confessio. Citatur etiam in fa-
uorem huius sententiae D. Bernardin. Senen. in 3. p. D. Bern.
Sermonum, serm. de Confessione peccatorum, in
4. præparatione. Denique citatur D. Tho. d. 16. quaest. D. Thom.
3. ar. 2. q. 5. ad 5. Sed ibi agens de complice, so-
lum dicit, licere illum reuelare propter integra-
tatem confessionis: cætera vero non excludit.

Contraria sententia, videlicet hunc vsus esse li-
citem de licentia penitentis, per se loquendo, ac se-
cluso scandalo, seruat q; aliis circumstantiis secun-
dum prudentiam requisitis, est communis Theolo-
gorum, & Summarum. Et in primis sumitur ex D.
Tho. Opusc. 12. q. 6. vbi dicit, non licere reuelare in
confessione personam complices, nisi saluato ordine
correctionis fraterne: sentit ergo seruato hoc ordine
licere. Expressè docuit hanc sententiam Capreolus
4. d. 21. q. 2. ar. 3. ad 8. contra 3. conclus. dicens, de li-
centia penitentis licere confessori complicem, vel
alium peccatorem sibi in confessione manifestatum
corrigeri. Et eadem fere verba habet Soneinas in
Summa Capreoli ead. d. qu. 2. conclus. 2. ad 3. Idem
docet expressè D. Anthonin. 2. part. tit. 14. c. 19. §. 11.
& Adria. q. 1. de Confessione, §. Sed oritur ex his dubium,
ad 4. clarius in dubio penultimo illius materiae, §.
Ad primum, in responsione ad 8. & §. Ad motum alio-
rum, vbi ad tertium sub distinctione ait, in utilitatē
suam, vel aliorum hoc licere penitenti, si per sacer-
dotem facere potest, quod non valet per se ipsum.
Idem expresse Gabr. d. 17. q. 1. ar. 2. conc. 5. qui argu-
mentatur, si licet extra confessionem, multo magis
in confessione, quamquam posterius disting. 2. ar. 3.
dub. 2. eodem modo loquatur, quo Richard. cre-
dens non esse contrarius, vt iam dicam. Idem ex-
pressè Syl. Confessio, 1. q. 2. vbi dicit, vel esse reuelā-
dum extra confessionem, vel dandam licentia con-
fessori, quia quoad hunc effectum perinde est. Et ita
explicat Richardum, Bonauen. & alios. Citat etiam
in hanc sententiam Raymundum. Præterea citatur
Summa confessorum libro 3. tit. 34. quae id significat
in quaest. 87. iuncta q. 100. Et eadem habet Alensis in
Summa 2. p. lib. 5. tit. 21. vbi alios refert. Idem Sum-
ma Armil. verb. Circumstantia, numero 11. citans
D. Thomam, & Antonin., & Summa Tabien. verb.

Prima sen-
tentia nega-
tiua.

Maior.
Angel.
Rosella.
Richard.

Bonau.
Alenf.
Palud.

Soto.

D. Bern.
D. Thom.

Secunda
sententia
affirmatiua.

D. Thom.

Capr.

Sonein.
D. Ant.
Adrian.

Gabr.

Syluest.

Richard.
Bonau.
Raym.
Summa
Confess.
Alenf.
Sum. Tab.

Fr. Suarez, tom. 4.



Sum. Dis.
Enchir.

Confess.
Gerson.

Cordub.
Nauarr.

circumstantia, §. 10. & verb. Confessio, 1. §. 4. & Summa Pisana verb. Confessio, 1. quæst. 3. & Summa quæ dicitur Enchiridion confessorum, 1. p. verb. Confessor, numero 8. §. 3. & alia Summa recentiorum in hoc etiam conueniunt. Idem docuit Gerson. 2. p. tit. de Cognitione peccatorum venialium, & mortalium, & Considerat. 19. dicit, non esse parendum confessori interroganti de altera persona, nisi bene sciretur quod vellet illi proficere, & clarius in eadem 2. p. in libro quarundam questionum cum suis responsionibus fol. 34. lit. P. dicit non expedire dicere in confessione personam alterius, & dare licentiam confessori ut illam admoneat, quauis non sit malum, melius tamen iudicat esse dicere extra confessionem. Idem scilicet de Pœnitentia in Cœna Domini, considerat. 4. ubi ait circumstantiam personæ cum qua peccatur, non esse declarandam, nisi vel ad integritatem confessionis necessarium sit, vel alterius peccatoris. Docuit etiam expresse hanc sententiam Nauarr. in Summ. num. 7. dicens seruato ordine correctionis fraternæ, hoc licere. Idem Corduba libro de Detractione famæ, & restitutione illius, membr. 2. quæst. 4. conclus. 3. & mem. 3. conclus. 4. ad 2.

ASSERTIO.

Secunda
sententia
probat.

Inter has sententias hæc posterior simpliciter probanda mihi videtur. Fundamentum esto, quia vti notitia confessionis ex licentia penitentis ad corrigendum complicem non est actio mala: quia prohibita: neque etiam est prohibita, quia mala, & ideo nihil obstat quominus aliquando possit honestè fieri. Prior pars certa est, quia nulla potest de hoc ostendi lex positua: & ideo ex solis principijs iudicandum est de honestate, vel malitia illius actionis. Posterior ergo pars probatur discurrendo per tres virtutes ad quas pertinere possent honestas, vel malitia huius actionis. Prima est virtus religionis, quatenus ad illam pertinet sigillum, & reuerentia debita huic sacramento.

Quod ista
actio non sit
contra religio-

Quod ergo illa actio per se & intrinsece non sit contra religionem, probatur, quia neque est contra sigillum, nec contra reuerentiam debitam huic sacramento: nullum autem aliud caput excogitari potest, ex quo hic oriatur malitia contra religionem. Hæc vltima pars per se nota est: nullus enim hæcenus id excogitauit, neque intelligi, aut declarari potest in quo sita sit talis malitia. Prima vero pars manifesta est ex supra dictis: ostendimus enim non esse contra sigillum loqui de rebus in confessione auditis, etiam pertinentibus ad complicem de licentia penitentis: sed in præsentii assertionem expresse dicimus, hanc correctionem fieri debere de licentia penitentis. Imo hic etiam addimus talem licentiam, eo quod respiciat tertiam personam, respectu illius debere esse iustam, quia non potest penitens suo arbitrio famam alterius prodigere, propter quod si licentia iniusta est, grauiter peccabit confessor illa vtendo, non solum contra iustitiam, sed etiam contra religionem: nam vti sacramento, vel notitia in eo accepta ad nocendum iniustum alteri inferendum sine dubio est graue sacrilegium: & possit tunc merito, ceteri fractio sigilli: vel quia talis licentia, cum sit iniusta, est nulla, & consequenter non magis dat loquendi ius, quam si non esset data: vel certe quia complex saltem habet hoc ius, vt non possit cum iniuria eius, talis facultas dari, neque recipi ex vi sigilli.

Veruntamen hæc omnia in præsentii locum non habent, quia manifestum est talem licentiam non esse iniustam, quia non ordinatur ad inferendum aliquod nocendum complici, sed ad bonum eius, Neque etiam inde augetur eius infamia, quia cum illo tractandum est negotium, & ab ipso met est emen-

datio procuranda: nunc enim de sola correctione secreta cum ipso met peccatore agimus: nam de denunciatione, vel aliis medijs in solutionibus argumentorum dicemus. Quod vero talis correctio possit esse onerosa complici, & pudorem, aut ruborem illi inferre, non reddit dictam licentiam iniustam, cum in tota illa actione nulla sit iniuria, sed per se potius ad opus charitatis pertineat, alioqui ex hoc capite semper fraternæ correctio esset iniusta. Est ergo illa licentia ex obiecto suo iusta: suppono etiam esse sponte datam, & non per iniuriam extortam à penitente: nam hoc etiam extrinsecum est, & non est per se coniunctum cum tali actione: ergo manifestatio virtute eius facta, non est contra sigillum. Atque hinc etiam facile constat aliud membrum scilicet, in huiusmodi actione non interuenire aliunde irreuerentiam sacramenti: nam supra ostensum est non esse irreuerentiam confessionis, vel notitiæ per illam comparatæ, quod ordinetur ad finem intrinsecum additum ab operante, dummodo bonus sit, & non excludat intrinsecum finem confessionis: huiusmodi autem est emendatio complicis, qui est finis huius actionis: est enim hic finis per se bonus, & licet non sit intrinsecus confessioni, tamen neque excludit alium intrinsecum, neque ab illo necessario excluditur. Nam cum iustificatione ipsius penitentis, qui est finis intrinsecus confessionis, optime coniungitur emendatio complicis.

Dicit aliquis, Licet ex vi huius finis non videatur hoc cedere in sacramenti irreuerentiam, tamen ex alijs inconuenientibus, quæ morali ex tali actione sequi possunt nunquam hoc fieri sine irreuerentia sacramenti. Respondeo, nulla esse inconuenientia per se coniuncta cum tali actione, neque moraliter, vel vt in plurimum resultantia: nam scandala, deceptiones, & similia, quæ finguntur, vel exaggerantur, re vera non sunt per se: nec frequentius coniuncta cum illo vsu, vt experientia ipsa sæpe ostendit, & ex his, quæ dicemus in solutionibus argumentorum, manifeste conitabit. Si ergo inconuenientia aliquando sequatur, id erit per accidens: ex accidenti autem non negamus hanc actionem aliquando posse esse malam, tunc autem malitia per se primo non erit contra religionem, sed aut contra charitatem, aut contra aliam similem virtutem: contra religionem autem erit per quandam redundantiã, in quantum religioni derogat vti actione sacra cum detrimento alterius virtutis.

Atque ex his fere etiam probatum est, per se non habere hunc vsu malitiam contra iustitiam, aut charitatem. Nam de iustitia iam ostensum est nullam actionem iniuriosam ibi interuenire: quia penitens vtitur iure suo, dando confessori huiusmodi notitiam & licentiam propter talem finem, in quo nulla actio iniuriosa intercedit. De charitate vero eadem est demonstratio, quia nec finis huius actionis, nec medium repugnat charitati, sed est maxime consentaneum illi: ergo per se nulla hic est malitia contra charitatem. Consequentia est euidentis, quia illa duo capita sunt, quæ possunt in hac actione considerari: alia enim circumstantiæ accidentariæ sunt, & in individuo possunt ita obseruari per prudentiam confessoris, vt non reddant actionem charitati contrariam. Antecedens autem patet: nam finis est emendatio fratris, quam sine dubio per se intendit charitas: medium autem est correctio per viam occultissimam, quia minimum læditur fama proximi: quod etiam obseruat charitas: ergo per se nihil est in hoc fine, aut medio charitati aduersum.

Et confirmatur, ac declaratur vtraque pars: nam auctores omnes citati pro vtraque opinione in hoc conueniunt, si penitens in eo casu post finitam confes-

se vt non sit illa vtendum, non satis intelligo quem sensum habere possit. Quia si improprio talis non sit, vt semper sit prauum, aut inutile tale medium ad talem finem ordinare, non potest tale medium reici vt improprio natum, seu non proportionatum: hæc enim duo in presenti æquivalentia sunt: rationes autem factæ ostendunt ordinationem huius medi ad talem finem, nec per se ac semper esse inutilem, neque habere intrinsecam prauitatem.

¹⁴ Duo autem notatione digna in presenti puncto occurrunt. Vnum est, aliud esse loqui de pœnitente, aliud de confessore ordinante confessionem pœnitentis ad correctionem alterius. Atq; hæc etiam ipsa ordinatio duplex distingui potest: vna quæ antecedit ipsam confessionem, & refert ipsam ad talem finem: atia quæ consequitur confessionem, quia non tam confessionem ipsam, quam notitiam per illam comparatam refert ad talem finem, vt in superioribus explicatum est. Omnia igitur dicta præcipue locum habent in pœnitente ipso, in quo nulla est difficultas quin vtroq; modo possit confessionem suam referre in talem finem. Primo antecedenter volendo confiteri huic confessori, vt & sibi, & complici per eius industriam remedium quærat: vtrumq; enim est charitatis officium. Deinde etiã consequenter, vt si prius sine intentione complicitatis, tantum sui causa confiteatur, postea vero cognita obligatione, vel utilitate, velit vt confessor notitia comparata vtatur ad bonum complicitatis: illa enim cognitio in se humanum quid est, cui non repugnat ad alias actiones humanas ordinari, cumq; illa vltior actio sit propter proximi utilitatem, nihil etiam repugnat sanctitati sacramenti.

¹⁵ At vero ex parte confessoris maiori prudentia & limitatione opus est. Nam in primis ordinare antecedenter confessionem subditi sibi fieri, vt per illam accipiat notitiam aliorum, quos possit corrigere, periculosum est, ideoque cauendum. Duobus enim modis id fieri potest, primo cogendo moraliter subditos vt sibi confiteantur, vel præceptum illis imponendo, vel totam iurisdictionem ad se reuocando: & hoc sine dubio est valde violentum, & tyrannicum (vt sic dicam) in hoc foro, quia non potest non reddere confessionem odiosam, & valde periosam: exponitq; subditos periculo morali committendi sacrilegia, & tacendi peccata in confessione. Propter quod S. D. N. Clemens VIII. in Decreto de casuum reservatione pro regularibus, §. 2. dixit, *Non liceat superioribus regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, aut proprio motu id ab eis petierint.* Quauis enim hoc per se malum non sit, tamen propter vitanda pericula in vniuersum prohibetur, nisi in aliquo speciali casu sit facta confessio: maxima autem occasio scandali & periculi esset, & subditi intelligerent ad hunc finem hoc fieri à superiore, vt ex quorundam confessionibus aliorum peccata cognoscant, & corrigant. Alio vero modo posset hoc fieri non necessitatem imponendo, sed suadendo, consulendo, aut petendo: & in hoc minus quidem periculi est, tamen quia superioris suasio, aut petitio solet esse moralis coactio, ideo hoc etiam vitandum est, imò videtur prohibitum à Summo Pontifice in citatis verbis, si attente expendatur verbum illud, *proprio motu.* Igitur nunquam debent superiores hoc modo vt confessionem vnus ad finem correctionis alterius. At vero si ordinatio non sit antecedens, sed consequens confessionem iam factam, sic licitum, & expediens esse potest dummodo prudenter fiat: supponimus enim superiorem, vel confessorem bona fide, & videntem suo munere simpliciter & ordinario modo, ex confessione intelligere esse opus charitatis procurare correctionem complicitatis: tunc ergo nulla apparet

A per se inordinatio, nec morale periculum, si (vt supponitur) de licentia pœnitentis, & debito modo fiat.

Vt autem ita fiat, hæc seruanda videntur. Primū vt confessor non propter hunc finem correctionis interroget in particulari personam complicitatis, nisi pœnitens sua sponte illam declaret, quia exponeret se periculo infamandi proximum sine causa: potest tamen in generali interrogare an complex sit in periculo, vel ope ipsius pœnitentis, seu correctione indigeat, & iuxta respōsionem pœnitentis poterit generaliter illum monere, vt suæ obligationi satisfaciat. Vnde secundo obseruare debet, ne se statim inuitet ad correctionem faciendam, etiam si intelligat esse conuenientem, vel necessariam: primum ne scandalum aliquod præbeat pœnitenti, vel occasionem reuelandi complicem sine necessitate: fortasse enim pœnitens ipse per seipsum potest correctionem facere, aut certe vult facere per alium, quem reputat aptiorem. Deinde, quia hoc ipso quod confessor se offert ad illud munus, pœnitens non tam liberè & spontaneè procedit in hoc negotio, sicut par est. Tertio, maxime debet cauere confessor, ne aliquid exigat à pœnitente tãquam debitum ex obligatione præcepti, quod reuera non fit, sed vere & fideliter illi proponat quid ex præcepto agere teneatur, quod vero tantum liceat, alioqui grauitur deciperet pœnitentem, si sub titulo ficto, & non vero necessitatis aut præcepti eum cogeret, vel ad reuelandum complicem, vel ad dandum facultatem corripiendi illum, aut aliquid simile, & consequenter in hoc grauitur peccaret, vel contra iustitiam, vel contra sigillum, quod amplius in sequenti puncto declarabitur.

¹⁷ Aliud igitur in hac parte aduertendum est, aliud esse pœnitentem licite posse vt industria prædicta confessoris ad complicem emendandū media correctione, aliud verò ad hoc teneri: nam illud sepius, hoc vero rarius contingit, quia plures circumstantias concurrere necesse est, vt talis oriatur obligatio. Vt ergo hoc liceat, tria concurrere debent, & sufficiunt. Primum, vt ex parte complicitatis aliqua moralis necessitas: nam, si veliam est emendus, vel non est aliqua probabilis ratio timendi nouum lapsum eius, non est facile infamandus. Secundum, vt pœnitens per se non sufficiat ad correctionem vtiliter faciendam, nec id probabiliter speret: nam, si per se posset, frustra infamaret proximum apud alium. Tertium, vt vtiliter speret se facere per confessorem, alioqui enim frustra illum assumeret vt instrumentum. Quod si hæc concurrant, nihil aliud, per se loquendo, necessarium est vt hoc liceat: ea enim, quæ sunt per accidens, considerari à nobis non possunt, sed per prudentiam cauenda sunt.

Vt autem pœnitens teneatur, vltra hæc necessariū est, vt necessitas proximi sit tanta, vt charitas obliget ad subueniendum illi, vel per se, vel per alium, eo modo quo pœnitens potuerit. Quod enim aliquando ad hoc obliget proximi necessitas, certum est ex materia de charitate, vbi ex professo declaratur quis gradus necessitatis ad hanc obligationem sufficiat, nunc solum dicimus debere esse grauem, & cum morali periculo noui lapsus, aut alterius grauis detrimenti alicuius proximi. Posita verò hac obligatione, non statim tenetur pœnitens per confessorem corripere, potest enim facere per alium, etiam si per se non possit: & ideo nisi tales circumstantiæ occurrant, quæ euidenter ostendant moraliter industriam confessoris esse ad id necessariam, ve in tali occasione aut loco nullum alium esse idoneum, qui hoc facere possit, non potest iuste pœnitens ad hoc cogi à confessore. Posset autem talis casus contingere, vel ex penuria hominum prudentium, & idoneorum ad hoc munus, vel si confessor

talis fit, vt non solum consilio, sed etiam auxilio iuua- e possit ad emendationem delicti. Occurrente autem huiusmodi casu, ita potest poenitens ad hanc obligationem implendam, sicut ad alias teneri, vt iam notauit Soto 4. dist. 18. q. 4. art. 5.

19. Rursus vero, etiam posita hac obligatione in poenitente, non propterea tenebitur vti noticia data in confessione, sed potest extra confessionem dicere sacerdoti, cuius industria vti vult: quia hoc est medium satis proportionatum, & sufficiens. Solum in vno casu videtur esse posse hanc obligationem, nimirum, si timeat sacerdotem non seruaturum esse aliud secretum, quod minus sit quam sigillum: tunc enim non debet subuenire proximo cum tanto periculo infamationis eius si potest illud vitare. Nec contra hoc vtget obiectio facta quod correctio est legis naturalis: quæ non obligat ad vtendum medio supernaturali: quia correctio inter fideles non solum est ex charitate naturali, sed etiam infusa, quæ obligat ad diligendos proximos alicuius modo, quam pura natura obligaret: & ideo occurrente medio altioris ordinis, potest charitas obligare ad vtendum illo, si pensatis omnibus necessitatibus proximi illud requirit. Dicitur ergo illa lex naturalis, quia est conaturalis charitati, non quia sit ex solo & puro limine naturalis. Et hæc de poenitente.

10. Ex quibus facile est intelligere idem proportionaliter in confessore. Vt enim ei liceat hoc munus acceptare, & exequi, illa tria, quæ in poenitente possumus, requiruntur, & sufficiunt, cum proportione, applicata, & propter similem rationem. Vt verò teneatur, aliquando potest obligare charitas, aliis conditionibus positis concurrentibus cum eadem proportione: aliquando vero obligare potest pastorale munus & officium, quando, scilicet etiam complex est illi subditus, & ex officio tenetur spiritua- lem eius salutem procurare, & prudenter iudicat hoc medium esse necessarium. Tunc autem, quantum est ex parte confessoris, regulariter loquendo, magis expedit, vt poenitens extra confessionem dicat, vt liberius possit suo munere fungi: non debet autem ad hoc cogi poenitens, nisi in aliquo casu, in quo secreta correctio non conseruetur sufficiens, vt statim dicam.

Destruitur secundum fundamentum.

11. Secundo dicebatur improporionatum hoc medium ad corrigendum, quia non fundatur in certa scientia peccati proximi. Veruntamen, si sensus sit correctionem fraternam nunquam prudenter & proportionate fieri ex fide humana, & per relationem alicuius fide digni, est id manifeste falsum, & contra communem sententiam omnium, & expressam D. Augustini serm. 16. de verbis Domini: & habetur in cap. Si peccauerit, 2. q. 1. ibi inter alia ait, *Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant, aliquando nobis produntur ab vxoribus suis, plerumq. zelantibus, aliquando salutem maritorum querentibus: nos non prodimus palam, sed in secreto arguimus.* Et ratio est, quia in rebus humanis non potest semper euidens certitudo postulari, & interdum vnus testimonium prudenter examinatum, consideratis circumstantiis omnibus, facit sufficientem fidem, præsertim ad eam actionem præstandam, qua bonum proximi procuratur absque vllò nocimento. Si vero sit sensus, noticiam comparatam per confessionem esse minus efficacem ad correctionem, quam extra confessionem ab eadem persona præstitam, gratis & sine vlla ratione id dicitur: nam potius propter reuerentiam debitam confessioni, quod in ea dicitur, cæteris paribus, sit credibilis, quam extra illam. Quocirca, licet non ita obligetur confessor credere poenitenti circa alios, sicut circa seipsum, potest tamen, imò & debet etiam in aliis fidem dare, si nihil

Fr. Suarez. tom. 4.

19. Non teneri prædictam obligationem in confessione.

Obiectio iustit.

Augu.

A obitare videat unde etiam potest ex illa fide aliquid operari in commodum proximi: nec est necesse vt hinc sequantur scandala, aut incommoda, si prudenter hat. Nam, quod interdum is, qui corrigitur, possit moleste id ferre, & repugnare seu negare factum, nullum est inconueniens: nam vel confessor prudentia sua, & patientia has difficultates superabit, vel ex discursu, & aliis circumstantiis intelliget, an sit a correctione cessandum.

B Atque ex his facile est respondere ad primam confirmationem, in qua petitur an per hanc viam possit vsque ad denunciationem procedi. In quo primum assero, etiam si non possit, non propterea desistendum esse à secreta correctione, si sit spes fructus: nam correctio non est tantum bona in ordine ad denunciationem, sed per se potest esse utilis, vel necessaria propter fructum, quem ipsa asserre potest. Deinde assero, denunciationem paternam etiam per hanc viam habere locum, dummodo licentia poenitentis ad eam expresse extendatur: per illam enim solum acceditur ad superiorem vt ad patrem, qui hac occasione nec potest inquirere in subditum, vel aliud detrimentum illi inferre, sed solum consilio, oratione, & opera illum iuuare, auferendo occasiones occultissime, & sine timore suspitionis, & ex facultate poenitente data, vt in tota hac quaestione supponimus. De quo etiam superiore sine vlla suspicione præsumendum est fore prudentem, vt non facile & nimis cito credat, & moueatur ad subditum pudore afficiendum. Neque ex hoc possunt sequi moraliter grauia incommoda: quod si aliquid interdum sequitur, est accidentarium, & rarum, propter quod vitandum non possumus, nec debemus actionem damnare, quæ per se & ex obiecto bona est, & ad bonum proximorum sæpe necessaria. At vero ad denunciationem iudicalem nunquam potest per hanc viam procedi: quia forum illud publicum est, & longe diuersæ rationis, multaque in denunciatore requiruntur, quæ per viam confessionis repugnant, vt per se clarum est. Quando ergo tale est negotium, vt poenitens teneatur denunciare iudicialiter, cogendus est poenitens vt per ipsum id faciat, quia oportet vt ipse sit iudicio notus, & vt publicam notitiam quantum potest, ei conferat: hæc vero obligatio raro continget in peccato complicit, quia nemo tenetur denunciare seipsum, quod faceret, moraliter loquendo, denunciando complicem. At vero in aliis peccatis vbi poenitens non est socius criminis, vel vbi potest seipsum seruare indemnem, sæpe potest hæc obligatio interuenire. Quod si accidat poenitentem non posse per seipsum denunciationem facere, vel omnino excusabitur, vel si vrgeat necessitas boni communis, vt in peccato hæresis, necesse est vt extra confessionem alicui id committat, qui ad iudicem id deferat eo modo, quo possit, vt ipse ex officio vigilet, & inquiret prout valuerit.

D In secunda & vltima confirmatione petitur an hic vsus possit extendi ad alios fines. In quo ipsam primam negamus id, quod ibi inferret posse hunc vsum extendi ad exteriorem gubernationem: falsum n. hoc est: tum quia iam declarauimus non posse superiorem antecederet ordinare confessiones subditorum ad cognoscenda aliena peccata, & illa emendanda: multo ergo minus poterit illas ordinare ad aliam gubernationem externam: tum etiam, quia exterior gubernatio requirit notitiã magis exteriorem & publicam: & ideo confessores omnino seruare debent quod Sanctiss. Clemens VIII statuit in Decreto de casuum reseruatione pro regularibus §. 4. nimirum, vt caueant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur. Adde vero vltimo, prædictum vsum cum circumstantiis

22. Soluitur prima confirmatio. An per hanc viam possit ad denunciationem procedi.

23. Soluitur secunda. An hic vsus possit extendi ad alios fines.

Clemens VIII.



supra positis non solum posse esse licitum propter spirituales salutem alterius procurandam, sed etiam propter vitandum aliud magnum nocendum, aut aliam similem honestam causam ad bonum proximi pertinentem, vt verbi gratia, si adultera intelligat maritum machinari mortem socio criminis, potest illum per confessorem monere, vt se in tuto collocet. Item si duo fuerint socij in furto, & vnus eorum vicinus morti restituit, potest per confessorem monere complicem, vel vt intelligat se esse iam liberum ab onere restituendi, si alter eorum restituerit, & partem socio remittit, vel certe vt intelligat partem illam suis hæredibus esse restituendam. Et similes casus possunt facile excogitari, in quibus propter bonum proximorum licitum est vti industria confessoris ad vitanda peccata aliorum, vel nocumenta, quæ ex peccatis prouenire possunt, non per viam coactionis, aut exterioris gubernationis, sed per viam consilij, vel secretæ admonitionis, vel occultæ tollendo alquam occasionem moralem, ad quæ omnia notitia prædicta cum licentia penitentis, & sufficiens & proportionata esse potest.

DISPUTATIO XXXV.

De precepto diuini confessionis.



Actenus explicuimus quæ necessaria sunt ad legitimum usum confessionis vel quæ ex tali usu consequuntur, in quibus variæ obligationes, & præcepta continentur, quæ, vt in superioribus etiam attigimus, solum obligant veluti quoad specificationem. Nunc ergo dicendum superest de ipso usu confessionis quatenus cadit sub præcepto obligante ad exercitium eius, quod præceptum duplex est, aliud Diuinum, aliud Ecclesiasticum: hoc posterius declarabimus in sect. sequenti: hic de priori videndum est, an sit, & quas personas, quando, & ad quid obliget.

SECTIO I.

Vtrum Confessio sit iure diuino præcepta.

DE necessitate confessionis quatenus est medium ad remissionem peccati mortalis post baptismum commissi, diximus supra in principio materiae de hoc sacramento, quæ omnia valde connexa sunt cum hoc præcepto: quia sine illo non posset confessio esse medium necessarium, neque de conuerso præceptum separatur à medio necessario. Tamen, quia hæc ipsa connexio non est adeo euidentis, & hæc necessitates formaliter diuersæ sunt, non potuimus hanc quæstionem omittere, in qua non repetemus ea, quæ ibi dicta sunt, sed alia addemus. Igitur eisdem fere modis in hac quæstione quibus in illa erratur est. Primo enim dixerunt quidam confessionem esse de iure diuino naturali, fortasse quia ante Christi aduentum scriptum erat Eccl. 17. Ante mortem confitere, & Esaiæ 43. Dic tu peccata tua, vt iustificeris, & Psalm. 31. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Referuntur pro hac opinione Petr. Oxomensis, & quidam Iurista. Est tamen vana, & erronea sententia, si intelligatur de confessione sacramentali, cum constat sacramentum hoc non esse de iure naturæ. Si vero intelligatur de confessione exteriori facta coram homine vel hominibus, sic nulla ratione probari potest de hac esse latum naturale præceptum, quia ex nullo principio naturali inferri potest, vt supra tractando de virtute penitentiae latius dictum est. Neque testimonia scripturæ citata ad rem faciunt: nam primum optimè intelligitur de confessione laudis diuinæ,

Sententia
prouentia
confessione
esse de iure
diuino natu-
rali.
Eccles.
17.
Psalm.
31.
Reprobatur.

quod si ad confessionem peccati illa verba referamus cum August. serm. 8. de Verbis Domini, intelligenda sunt de confessione interna per recognitionem, & detestationem peccati apud Deum. De qua etiam loquitur Dauid in ultimo testimonio. Eodem modo exponi possent verba Esaiæ: si recte citarentur, tamē ibi non dicitur, *Dic peccata tua*, sed, *Narra, si quid habes*. Vnde sensus esse videtur, si habes aliquam excusationem, qua iustificeris, narra illam, ac si diceret, cum re vera nullam habeas, recognosce peccatum tuum, atq; ita in re in priorem expositionem incidimus, cætera de hoc puncto videantur in comm. art. 7. q. 84.

Secundo, dixerunt alij confessionem fuisse de iure diuino legis veteris, & Christum Dominum non dedisse in hoc nouum præceptum, sed specialem modum priori addidisse. Ita significat Hugo de S. Victor. libr. 2. de Sacramentis, p. 14. & Valdensis, tom. 2. de Sacramentis c. 135. & Guillelmus de Rubione in 4. d. 14. q. 1. D. etiam Thomas dicit, art. 7. q. 84. ad 2. dicit, penitentiam quoad confessionem exteriori peccati habuisse aliquam determinationem in lege veteri. Veruntamen satis declarat, illam determinationem longe diuersam fuisse ab illa de qua nunc agimus: atque adeo, si aliquid tunc fuit de hac re præceptum, potius fuisse de offerendo aliquo sacrificio pro peccato, in quo includebatur quædam recognitio, & generalis confessio peccati, de qua sæpe fit mentio in lege veteri præsertim Leuitic. 16. & Levit. Numer. 5. At illa confessio non erat sacramentalis, neq; de internis peccatis, neq; per se ordinata ad internam iustificationem de peccatis, & ideo nec præceptum eo tempore latum eiuſdem rationis est cum præcepto, de quo nunc agimus, quatenus dici possit fuisse tanquam vmbra, & figuram illius: nec fortasse auctores citati aliquid voluerunt: loquuti enim videntur de confessione valde generatim: nos autem agimus de propria confessione sacramentali, & præcepto eius.

De hac igitur confessione est tertia sententia extremè contraria, quæ negat, etiam in lege gratiæ datum esse à Christo Domino proprium diuinum præceptum huius confessionis. Quam sententiam non solum docent hæretici huius temporis, dicentes præceptum hoc esse inuentum humanum, solumque esse introductum in Ecclesia à tempore Innocentij tertij: sed etiam graves Theologi Hugo Victor. Alex. der Alensis, & Bonaventura supra dicta disput. relati, cum negent confessionem esse expresse institutam à Christo à fortiori negat esse præceptam. Fundamentum esse potest: quia ex nullo loco noui testamenti hoc præceptum satis colligitur, neque etiam ex traditione. Prior pars constabit discurrendo per singula loca quibus hoc probari solet, quod statim faciemus: posterior vero pars probatur: quia ex decretis antiquis solum habemus leges Pontificias, quas disputatione sequenti tractabimus, ante illas vero solum constat nobis fuisse semper in Ecclesia usum confessionis. Quod autem fuerit etiam præceptum, nullo certo iudicio ostenditur, & quantum fuisse tunc tale præceptum, potuisset esse Apostolicum, & non diuinum: ergo cum præcepta non sint asserenda sine sufficienti promulgatione, & probatione, merito negatur tale præceptum diuinum.

ASSERTIO.

Nihilominus dicendum est, à Christo Domino latum fuisse diuinum præceptum obligans fideles, qui post sacramentum baptismi susceptum mortaliter peccarunt, ad usum sacramentalis confessionis, seu (quod idē est) ad sacramentum penitentiae suscipiendum in remedium seu remissionem aliorum peccatorum. Hæc assertio absolute iam est de fide, fuitque